

de arte explorandi animas hominum.

II f
569

AD
ACTUM DRAMATI-
CUM
 de
CASU TRAGICO

Mareschalli penes Gallos olim eminentissimi

DE

ANCRE,

Ipsis Feriis D. ANNÆ Sacris

die III. Calend. Augusti, Anno ab I CCVIII.
 publice instituendum

SUMME REVERENDUM EPHORUM,

*Venerandos atque Amplissimos
 SCHOLÆ PATRONOS*

Ceterosqve nostrorum Studiorum Fautores
 Honoratissimos

brevi hac Dissertatiuncula
 de Cognitione Animorum
 officiosissime, quam fieri potest,

invitat

M. CHRISTIAN FRIDERICUS WILISCH
 Lycei, qvod est in Montibus D. Annæ,
 RECTOR.

Anneberga, Literis Richterianis.



B. C. D.



Ominum animos pernoscere, res est omnibus,
qvotq; in terris vivunt, utilissima. Confide-
res enim mecum, qvisq; es, Erudite Lector,
vel in summo honoris cacumine à prudentissi-
mo rerum omnium arbitro collocatos, vel in
fimæ plebis adscriptos ordini, album mihi, cre-
do, non denegabis calculum. Quid qvæsto Principibus, aut
etiam iis saltem, penes qvos vel minima dominandi est potestas,
evenire possit utilius, si in eligendis sibi ministris atq; servis
laudatissimam animos rite cognoscendi artem percallearent. Hos
certe rariorem de eorum malitia, qvos in ministerium atq;
servitutem sibi adsciverunt, multum querendi occasionem esse
naucturos, firmiter fumus pervasi. Qvod si Themistocles civi-
um suorum animos, id qvod de insigni hujus tanti VIRI pru-
dential dubitandum non est, tam accurate habuit perspectos,
qvam omnium nomina, teste Tullio nostro de Senect. c. VII.
memoria tenuit firmissima, non est qvod res magnas, prosperi-
tatis ipsius auspiciis gestas, multum diuq; admiremur. Equi-
dem qvid ad nos Principes? cum nec in hos solum ingens ista,
qvam diximus, ex accurata animorum cognitione redundet
utilitas. Nam in Academias descendamus, omnes ibi Ordines
seu Facultates, ut cum vulgo loqvar, cosq; in primis, qui ex istis
prodeunt huic illuc ad varia obeunda munera amandantur, at-
tentiori perlustrantes oculo, certiores erimus, eandem omnibus
esse utilitatem ex solerti animorum cognitione promittendam.
Qui primo eiq; sacro addicti sunt Ordini, feliciorem sibi omni-
bus in rebus polliceri successum poterunt, si eorum animos,
qvorum aeterna salus fidei atq; euræ suæ commendata à Supe-
rioribus fuit, optime habent cognitos. Cumq; hominum
animi ex mente ipsius D. JOANNIS tribus potissimum affe-
ctibus, qvos Cardinales qvafidixeris, τὴν ἐπιθυμίαν τὸν σαρκός, τὴν ἐπιθυ-
μίαν τὸν ἀφθαλεῖον, τὴν ἀλαζόνειαν τὸ βίον, voluptati, avaritiae, & ambi-
tioni sint obnoxii; plurimum sane confert, si Verbi Divini Mi-
nistri, animis solerter cognitis, qva in primis passione prædo-
minante(cum Philosophiæ enim hic loquynobis liceat) illi agiten-
tur, argumenta permoventia vel ab utili, vel à jucundo, vel de-
nique ab honesto depromere, iisque ad frugem meliorem impi-
os reducere, probe sunt edocti. Sed qvid qvæsto de Juridicorum
filii Causarumq; Patronis dicamus? nam ad horum ordi-
nem

nem nunc devolvimur. Anne etiam his quædam ex ista, quam collaudare suscepimus, animos cognoscendi arte præstantissima speranda est utilitas? Maxima certe. Cujus rei haud ignarus fuisse videtur ALCIBIADES, Vir summus & in Atheniensium foro multum versatus. (Nepos in vita ejus, c.3.) Hic enim postquam multos liberalitatem devinxerat, plures etiam opera forensi suos reddiderat, siebat, ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodijset, ad se converteret, eique par in civitate hanc quisquam poneretur. Ex his liquido constat, Alcibiadem animos hominum optime explorasse, & quinam auri argenteique studio tenerentur, quicque ambitionis affectu occuparentur, ut hos opera forensi, illos vero liberalitate ad partes suas pertraheret, prudenter perspexisse. Cui non dissimilis habetur GABRIEL LABBEUS, Celeberrimus Ictus, qui postquam comitatem gravitate conditam præ se ferens, ad os judicis pariter ac eorum, quorum causam agebat, componere omnia, & eloqui scite addidicerat, multorum sapientissime Clientium turba stipatus incedebat. Et fidem ferme excedere videtur id quod in Histoire de Berry L. I. Chap. 74. edit. à Paris ao. 1689. in fol. relatum legimus, *munera tam frequentia ad eum venisse, ut eundem uno die leporem ter ad eum successive Clientes apportasse ferant, cum statim acceptum uxor ejus vendidisset.* Ad os autem eorum, quibuscum res ipsi erat, loqui nunquam potuisset, nisi prius animos eorumque affectus penitus esset expiscatus. Restat adhuc Medicorum Ordo, qui recensendus nobis est. Nolumus autem hic prolixiores esse, ne in alienam messem falcem nostram immittere videamur. Quicunque enim salubriores Galeni & Hippocratis hortos vel eminus inspexit, eorumque per celebrem medendi artem primis saltē, quod ajunt, labris guttavit, non ignorabit, primas plurimorum morborum causas, ex hominum animis affectibusque eorum male compositis & ordinatis esse quærendas. Quod si ita est, quid utilius, quid magis necessarium est Medicorum filii, quam ut hominum mentes propius perspiciant, explorent, cognoscant, ne aliquando nimio in amicam amore ægrum iis, quibus febricitanti alias succurrentum est remediis, sublevare elaborent, sed veros morbos, qui corpus humanum afflidunt, ab animorum passionibus discernere probe noscant. Nec minus quoque eos, qui vitam degunt privatam, aliorum hominum animos indagare decet, eorumque in primis, quibuscum multum rei ipsi agendum est, nec frequentior non intercedit consuetudo, ut eo melius, dum inter homines sunt, monente ita Seneca, humanitatem colere, & jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, ut Cicero ait pro Domo sua c. II. constabilire addiscant. Sed ad scopum, quem hic præfixum nobis habemus, nunc

deproperandum dicendumque esse arbitramur, plurimum etiam conducere publicis docendi Magistris, ut eorum animos, qui artibus ad humanitatem informandi sunt, optime omnium habeant perspectos. Cum enim hominum natura ita compara-ta est, ut non una eademque, sed maxime diversa indole praedicti sint, non una etiam eademque ratione juventutem tractandi, educandi atque docendi utendum nobis esse omnino existimamus. Addimus & hoc, iis quibus juventutem ritè formandi cura est tradita, majorem utique esse adhibendum laborem, ut non animorum solum affectus, sed potiores quoque mentis humanae facultates, quarum tres à Philosophis esse perhibentur, penitus exquirant, percontentur, videantque sedulò, quamnam mentis facultas, an ingenium, aut memoria, aut judicium præpollet. Alii, quos supra memoravimus, habeant satis, animorum affectus & passiones explorasse. Nihil enim aut parum saltem horum interesse crediderim, an sciant, quamnam mentis facultate, an ingenio, memoria aut judicio hic vel ille alius prævaleat, nec ne? At enim vero publicis docendi Magistris haec non sufficiant, affectus animorum indagare prudenterque inde colligere, quibusnam rationibus an ab utili, jucundo aut honesto desuntis ad verum virtutis tramitem sint juvenum animi deducendi. Sed eo simul omnes intendant cogitationes, ut mentis discentium facultates probe pernofcant. Doctoris enim intelligentis est videre, quo ferat sua natura quemque, & ea duce utentem sic instituere, ut Isocratem in accerrimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ebori dixisse traditum est, alteri se talcaria adhibere, alteri frenos. (Cic. Bruto p. 324.) Sic institutio doctoris ad cuiusque naturam accommodanda est. Habemus hac in re nobiscum consentientem, ut alias taceamus, ERY-CUM PUTEANUM, (in Svada Attica Orat. II. p. 31.) cuius verba elegantissima non possumus quin hic adducamus, quae (absit tamen ut pios istius Viri doctissimi Manes plagiis criminis accusaremus) ex Petronii Satyrico p. 7. tecto quidem nomine, mutuatus est. Sunt autem haec: *Sic doctores ipsi necesse habent cum infanientibus furere. Nam nisi dixerint, quae adolescentulis probent, soli in scholis relinquentur. Sicut siti adulatores cum cœnas diuum captent, nibil prius meditantur, quam ut quasdam insidias auribus faciant: Sic eloquentia magister, nisi tanquam pescator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pesciculos, sine spe prede moratur in scopulo.* Quanta autem ista animos hominum cognoscendi ars laudabilis utilitate gaudeat, quantumque necessitate ubique exigatur, tantis etiam implicata esse difficultatibus dicitur, de quibus facilius est loqui, quam illis mederi. Id quod antiqui pariter atque recentiores Philosophi jam diu abhinc fuerunt conquesiti. *Si Physiognomia unquam opus fuit, hoc qui-*

quidem maxime tempore id perquam necessarium est, in quo inventire est tot larvatos ursos, personatos lupos, togatas vulpes, ut vix hominem offendas, qui te offendere non meditetur. Hic sanguinem humanum spirans, agnum præse fert, iste religionem pietatemque sceleribus suis pretendit, nil minus in corde habens quam Deum, ille osculum pacis cum Iuda offert, sicamque clanculum cum Joab in illa abdit: hic pastor gregis altera manu pastum profert, altera macheram cervicibus ovium intentat, iste rector populi orbis urbisque custodiam pollicetur, dum per positicum boites furtim excipit, verba sunt FRANCISCI SANCHEZ, Doctoris Medici & in Academia Tolosana Professoris Regii, in Commentario ad librum Aristotelis Physiognomice. Nonnullos eqvidem fuisse non dememini, qui media hominum animos indagandi ex Physiognomia, Astrologia & Chiromantia petere fuerunt anni si. Quæ autem an firmo semper nitantur talo, nostrum in præsentiarum non est, ut in ea multum inquiramus, quippe cum alii sint, iisque Viri doctrinæ præstantia maxime incliti, qui optima mortalium mentes explorandi media, plena manu, quantum fieri potuit, nobis suppeditarunt. Qvos inter primo loco ex antiquioribus THEOPHRASTUM in aureo plane libello, qui inscribitur *προτότητας*, ex recentioribus fere duum viros istos veræ Philosophiae instauratores doctissimos, CHRISTIANUM THOMASIUM (in seiner Sitten-Lehre / it Ausstübung der Sitten-Lehre) & JOANNEM FRANCISCUM BUDDEUM (in Philosophia Ecclæstica Morali) ut & Andream Rüdigerum in Philosophia Synthetica L. III. c. 1. P. I. p. m. 249. nominasse sufficiat. Qvibus adjungamus adhuc, Jo. Wolfgang Trier amicum nostrum aestimatisimum, in seinen kurzen Fragen von menschlicher Neigung / qvæ prodierunt Lipsiæ ao. 1707. Sed tempus jam esse putamus, ut eo revertamur, unde dilapsi sumus. Nos itaque ulterius de mediis aliorum mentes expiscandi solliciti haudqvaquam erimus, sed eorum tantummodo, qvibuscum imposterum, qvousque DEO placuerit, plurimum rei nobis erit agendum. Et hi erunt fermè optimæ spei adolescentes, qui curæ meæ non ita pridem à prorido Numine fuerunt traditi, qvorum animi & ingenia ut mihi penitus innoteſcant, nihil prius mihi omnium fore duxi, ad qvod animum statim intendere me oportet. Cumqve nuper de mediis, ingenia discentium accuratijs pernoscendi, multum meditarer, inter alia qvoqve de Actu Dramatico publice instituendo cogitare incipiebam, ratus qvippe fore, ut inde discipulorum nostrorum animi & ingenia citius intelligantur. Quem Actum, crastina luce DEO dante a meridie statim hora I. publice habendum, ut Venerandi & Amplissimi Lycei nostri Ephori, de qvorum amore atqve insigni erga studia nostra favore adhuc impene gaudemus, ut & reliqui Musarum nostrarum Fautores Honoratissimi, gravissima sua præfentia illustriorem reddere, nostrorumqve animos ad officia sua alacrius peragenda excitare non dedignentur, est qvod obsequiosa animi contentionе rogamus. Qvod restat, supplices Summum Numen precamur, velit conatus nostros ita secundare, ut etiam hic

Actus



Actus prima vice à nobis publicè instituendus, prout reliqua omnia, quæcunque à nobis impostorū peragentur, in Nominis sui glorian, nostrique Par-nassi emolumentum felicissime cedant, habeantque semper, qvod Summe Re-verendus Ephorus noster & reliqui Scholarcha Amplissimi, ceterique elegan-tiorum literarum estimatores de flore & incremento Lycei nostri, qvod curæ cordique ipfis est maxime, nobiscum ex animo gaudente queant. Vos autem, & mea delicia, de quibus nunc agitur, Vos inquam omnes & singulos admoneo, ut, quippe de officio vestro maximopere solliciti, id qvod Massenius in Auro Sa-pientum L. II. c. 1. p. 153. ait, vobis scilicet reputatis, laudem cuipue tribui & honorem actori esse, non ex persone imposta dignitate aut utilitate, sed actionis & morum apta suo muneri elegancia. Valete! P. P. Dom. VIII. p. Trin. A. R. S. cl. 12. CCVIII.

Die Agirenden Personen sind folgende:

Asturias,	als Römische Prinzen/	Alexander Gensel / Annaberg.
Prudens,	erscheinen vor dem Vorzebner.	Joh. Georg. Rabenstein / Annaberg.
Probus,		Christian Gottlieb Dubner / Annaberg.
Prologus,		Christ. Salomon Zeidler / Georgo-Politan.
Ludovicus, der junge König in Frankreich/		Christian Friedrich Scheureck / Annab.
Maria, die Königliche Sr. Mutter/		Andreas Schubert / Wiesenthal.
Der Groß-Herzog von Toscana,		Carl Friedrich Schwabe / Annaberg.
Der Prinz Dago, aus Persien/		Joh. Gottlob Gensel / Annaberg.
Themer, ein Margräff / hernach Marschall von Frankreich Joh. Gottl. Mercel / An-		Wilhelm Steinbach / Thun.
Concius, Margräff von Acre,		August Gottlob Roth / Annaberg.
Leonore, dessen Gemahlin/		Christ. Gotth. Wilisch / Libfadt.
Carolus, Herzog von Luyne, des Königs Hoffmeister/		Rudolph Ernst Klein / Schlettav.
Leo,	desßen Brüder/	Christ. Gottlieb Wilisch / Libstadt. Mün.
Honoratus,		Reinhard Gottfried Rödebeck / Mannigsw.
Henricus, der Prinz Conde,		Gottfried Christian Schiffel / Pulz.
Charlotte, dessen Sr. Mutter/		Christoph Ernst Zieroldt / Annaberg.
Margarita, dessen Gemahlin/		Joh. August Richter / Annaberg.
Renatus,	Junge Graffen/	Joh. Friedrich Werner / Annaberg.
Antonius,	der Princeps Kammer-Junker/	Gottwald Meyer / Neudorf.
Vity, Hauptmann über die Garde in Königl. Schlosse/		Joh. Siegfried Lehmann / Schwarzenb.
Eßampus,	z. Offizierer,	Christ. Sal. Zeidler / Georgo-Politan.
Forcalquier,		Christoph Andreas Zeidler / Georgo-Politan.
Ludovicus, des Marschalls von Acre Secretarius,		Joh. Christoph Gensel / Annaberg.
Tissa, dessen Kammer-Diener/		Christ. Gotthold Wilisch / Libstadt. Mün.
Mayenne,	zwei Fürsten/	Christoph Benjamin Grill / Annaberg.
Bouton,		Joh. Gottfried Hahn /
Mangot, Cantzler/		Christoph Fridrich Schwabe / Annaberg.
Monteleon, Spanischer Gesandter/		Joh. Hermann Werner /
Franciscus,	zwei Französische von Adel/	Carl Gottlob Gensel / Annaberg.
Claudius,		Joh. Christian Gensel /
Tobio,		Joh. Gottfried Hahn /
Venetto,	drei Türkische Prinzen/	Christoph Fridrich Schwabe / Annaberg.
Floretto,		Joh. Gottlob Durfelder / Annaberg.
Floretino,		Joh. Christoph Hackebell / Annaberg.
Gabriino,	drei Italiänische Prinzen/	Joh. Gottlob Werner / Annaberg.
Laranos,		Augustinus Strauß / Altenberg.
Capo,	z. Türk'en/	Christoph Wolff / Geyer.
Largo,		Christoph Gottfried Githy / Annaberg.
Türkisches Mädchen/		Joh. Christian Richter / Wolkenf.
Hugo, ein Hungonet/		Ernst. Gottlieb Dötz / Annaberg.
Rollo, ein Monch/		Christ. Gotthart Wilisch / Libstadt. Mün.
Piccart, ein Schuster/		
Potage, des Marschalls von Acre kurzweiliger Diener/		
Courage, sein kleiner Sohn / dem Könige bedient/		
Epilogus,		

(S) o (S)

AD
ACTUM DRAMATI-
CUM
 de
CASU TRAGICO

Mareschalli penes Gallos olim eminentissimi,

DE

ANCRE,

is D. ANNÆ Sacris

Augusti, Anno clo I CCVIII.

publice institendum

ERENDUM EPHORUM,

dos atque Amplissimos

Æ PATRONOS

strorum Studiorum Fautores

Honoratissimos

orevi hac Dissertatiuncula

Cognitione Animorum

issime, quam fieri potest,

invitat

AN FRIDERICUS WILISCH

od est in Montibus D. Annæ,

RECTOR.

•—————•—————•—————•—————•—————•—————•—————
 eberge, Literis Richterianis.

